Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift

58v

vere penitentes reparari prohibet. Illud autem Ieronimi fatetur hoc esse difficile
N
non impossibile. Basilius autem econtra delinquentes rigorem iusticie servandum osten
dit, quem econtra penitentes alii relaxandum misericorditer affirmant. Possunt autem et
aliter distingui premisse auctoritates: quorum crimina manifesta sunt ante vel post
ordinationem a sacris ordinibus deiciendi sunt. Quorum autem peccata occulta sunt et
secreta satisfactione secundum sacerdotis edictum purgata in propriis ordinibus rema
P
nere possunt. Unde Rabanus archiepiscopus scribit ad Heribaldum.

De his vero inquisitum est. Qui sint reparandi post lapsum.

nobis scribendum esse qui sacros ordines habent et ante vel post ordinationem contami
natos in capitalibus criminibus se esse profitentur, in quibus ut mihi videtur hec distan
cia esse debet, ut hii qui deprehensi vel capti fuerint publice in periurio furto
S. e. d. e. Si episcopus.
atque fornicatione et ceteris huiuscemodi criminibus secundum sacrorum canonum insti
tuta a proprio gradu decidant, quia scandalum est populo Dei tales personas superpositas
habere, quas ultra modum viciosas constat esse. Nempe inde detrahunt homines
sacrificio Dei, sicut quondam filios Heli peccantibus fecisse leguntur, et rebelles hinc
Capitalibus criminibus absconse iteratos tempore penitentie in gradu permanere.
atque contrarium existentes eorum pravis exemplis cottidie peiores fiunt. Qui
autem de predictis peccatis absconse a se admissis per occultam confessionem co
ram angelis Dei presente etiam sacerdote qui eis indicturus est penitentiam confitentur
et semetipsos graviter deliquisse querunt, si se per ieiunia et elemosinas vigili
B. xviii. [?]
asque et sacras orationes purgare curaverint, his etiam gradu servato spes
venie de misericordia Dei promittenda est. § Quod vero supra de homicidiis statutum le
Q
gitur, intelligendum est quando facultas datur effugiendi, nec necessitate clau
duntur obsidionis. Ceterum cum necessitate angustati effugere non possunt, si tamen
homicidium admiserint, purgati per penitentiam et officio et communioni
reddentur. Unde in Elerdensi concilio legitur. Clerici qui in obsidionibus neces
sitate positi si sanguinem fuderint post duorum annorum penitentiam officio
N
De his clericis qui in obsessionibus et communioni reddantur.

necessitate positi fuerint id statutum est, ut qui altario ministrant et Christi corpus
et sanguinem tradunt vel vasa sacro officio deputata contrectant, ut ab omni
humano sanguine etiam hostili se abstineant. Quod si in hoc inciderint, tam
officio quam communione duobus annis priventur, ita ut duobus annis vigiliis,
ieiuniis, orationibus et elemosinis pro viribus quas dominus donaverit expientur.